

/ Admodum R^{de} Pater. Legi litteras R^{dae} P^{tis} tuae, et audi-
patrem Iosephum à Iesu Maria mihi rem totam diligenter explicantem;
consideravi quoque satis attente regulam ordinis vestri. Ex quibus
5 proprie eremiticum esse, ac vitae contemplativae addictum, cum pro-
inde non parum repugnet studium missionum, quod discursus et eva-
gationes magnas requirit. Secus autem est de ministerio verbi et
confessionum audiendarum in propriis ecclesiis; quod eiusmodi dis-
cursus et divagationes non requirit; et tamen satis esse videtur
10 ad hoc, ut ordo vester inter ordines mendicantes merito numeretur.
Atque, ut hoc noverit P^{tas} tua, ego de hac re aliquando disputavi
cum patre Petro à Matre Dei, piaae memoriae, cum ille valde propen-
sus videretur ad missiones, et mihi id videretur parum cohaerens
cum tam rigida observantia silentii et recollectionis, quam sanctus
15 iste ordo profitetur. Iam vero illo defuncto, ac, ut pie credimus,
in domo Domini feliciter quiescente, minus laborandum erit in san-
cto instituto vestro in sua puritate et observantia conservando; in
qua re ego pro tenuitate mea, laborem et operam libenter impendam.
Amo enim ex corde congregationem vestram, et in orationibus tam
20 sancti ordinis multum confido. Valeat R^{da} P^{tas} tua mei memor in
sanctis precibus et sacrificiis suis; ac si deinceps ad me scribere
voluerit, poterit hispanice scribere, quia linguam hispanicam sat-
is bene novi. Datum Romae, die 19 Septembris 1609.

■ Admodum R^{dae} P^{tis} Tuae

25 Uti frater in Christo addictissimus
Robertus Card^{lis} Bellarminus.

Admodum R^{do} P^{ri}, P^{ri} Aldefonso à Iesu Maria
Generali Ord. Carmelitarum Discalceatorum